



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXVI. Ioannis Papae VIII. Ad VVibbodvm Episcopvm. Commendat illius fidem. hortatur vt legatum mittat antequam cum Carolomanno in colloquium veniat, cui eum quoque interesse iubet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

conuentum præſentialiter venire fatagas, adducens tecum Girardum vicecomitem, Umbertum, Aguarum, Ingelbertum, ſuper quos ipſe reſclamat: quatenus nunc coram nobis, & coram ſæpe dicto glorioſo rege, tam canonica cenſura, quamque humanæ legis ſancitu, inter vos, quidquid contra fas & ius factum fuerit, nihilo minus finiatur. Data vt ſupra.

EPISTOLA CXVI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VVIBBODVM EPISCOPVM.

Commendat illius fidem. hortatur vt legatum mittat antequam cum Carolomanno in colloquium veniat, cui eum quoque intereſſe iubet.

Reuerendiſſimo & ſantiſſimo Vvibbodo venerabili epiſcopo.

IN lectione literarum veſtrarum, & in relatu earum geſtuli hominis veſtri, vos deuotiſſimos, & vt ſemper, noui fidiffimos; pro quibus vobis gratias agimus, & Deo auxiliante retribuemus. Interea monentes hortamur vt cœptum perficias, & antequam Carolomannum alloquamur veſtrum legatum cum literis mittere fatagas, & in colloquio vbi fueris, tua præſentia eſſe ſtudeat. Optamus ſanctitatem tuam in Chriſto bene valere, maxime in hoc. Data vt ſupra.

EPISTOLA CXVII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM REGEM.

Agit gratias de obſeruantia erga Romanam eccleſiam. miratur quod ad ſe legatos non miſerit. rogat vt ante colloquium, quod cum Ludouico rege habiturus eſt, aut ipſe veniat, aut legatos mittat.

Dilecto filio Carolo glorioſo regi.

QUOD pro pace & vnitae ſanctarum Dei eccleſiarum, omniumque Chriſtianorum in priore epiſtola, quam veſtræ miſimus dilectioni, ſignificauimus, gloriae